



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

83. Idola confracta falsò PP imputantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

mortuæ concepta iteraret , dici vix potest quantum iis terrorem iniecerit , qui in procinctu ad baptismum stabant . Verum hoc alius multo nocentior etiam aliquos euerit Neophytes , nonnullos , qui magno numero nunquam defunt , veterans licet , in frigus lethale fidei induxit . Au^tore incerto , sed tanquam ē cœlo vulgatum est , Patres colla eorum quos tingebant , dum precatoriis coronis redimirent , animas pariter ita illigate , ut transmissæ in alia corpora iisdem vinculis tenerentur . Sic procul patria miseris in Occidente renasci seruos , nulla vñquam spe libertatis , quod eis semel à Patribus illo coronatum occulto vinculo in eternam obstricti seruitutem . Eo consilio in Cocincina Patres à Lusitania Rege ali vt iis coloniis regni sui deserta frequentarer ; utereturque velut oneratiis iumentis ; eodem Patres doctrinam , ministeria , operam , res sacras dare Christianis gratuita : ad hoc porr^d spectrum tam formidabile à vulgi conspectu amouendum , comprehendi vix possit quantum sudarit Buzomius , quamuis patrum apud aliquos ex voto , quibus animo infedisset incantamenti vim fore irritam , si à Christianismo deficerent , qua delusi fraude , ad euirata idola rediere . Sed ab hoc portento , quam immani tam exitiali liberare deliro , satagentem periculum grauius aliò auertit .

Erat nostris vicinum ædibus templum quoddam multitudo statuarum , & concursu populi olim sanctum ; nostrorum tunc vicinia infrequens , & propè desertum . Die ergo quodam ex inopinato , en omnium conspicisci signorum cadavera , diruta , humi strata , trunca , membra tamen hoc illuc dissipata , tamen meditato eorum ludibrio , ut ad faciendam Christianis iniuidiam & proritandum in eos populum conscientum videtur . Latebat facti auctor , sed communis rumor sacrilegissimo transfugæ adscribebat , qui ciuitato baptismati , & Patribus , erat idololatra quis inveniatur ; causam is na^ctus qua nulla vberior ad exsaturandam rabiem , & exterminandos saltē Nuocimano Patres , stragem illorum Deorum iis ultro imputat , testem rei se iactat oculatum , hortatur populum stage in Patres consimili , offensos Deos vlciscatur ; quo voces improbi & fungi hominis frigidè audiente , prodit Bonzius quondam Mandatius , tunc diis artonius , & vindicta patrati in eos sceleris . Mandatios appellat minoris subsellij duos qui paucis ab utbe milliaribus hababant , causam , suopte ingenio concinnat sed qualiter decuit ab eiusmodi Architecto condi ; P. Buzonium phalange valida Christianorum trecentorum (quotum tres citabat de nomine) templum maius Nuocimani aggressum , confusis suorum vocibus stragem Deorum Cocicensium poscentem , deturbasse omnes altaribus , proculcasse , fregisse ; ac dispuluerasse ; ventum inde ad sacras ædicas antiquis regibus dictas qui regni tutelares , & Præsides Semideorum titulo colerentur &c . Haec vt impudentius mentitur iudicum fecit absentia , & vetus auctoritas auctoris . Delatam item atripiunt audie^r , Buzonium quem prouersus non norant , ciuisque socios , Bonzio rescribunt se pro sacrilegis damnuros ;

82.
Itemque ex
Metempsi-
cosi.

83.
Idola con-
tracta fallo
PP imputan-
tur.

turos ; contenditque in cassum Buzomius crimen depellere quodque quoque vetaret Christiana ; defensionis eius tabellarium baileum in carcere retinunt , eique adiungunt , virtute insigni feruentem Christianum alias Bonzium , qui vice illius claudendum carcere se lubens sistebat , longam ad hoc emensus viam ut vel peritius quam tabellarius fidelizationem iudicibus redderet , vel si tantum hanec ipsi alcama fortunatae Dei benignitas pro ea sanguinem funderet . His insolentiis elatus , & quasi iam victor Bonzius accusator , violentius insanire , circumducere latronum manum ad inuestigandos Christianos , & eorum domos suis expilandas obiicere , nisi redimerentur pecunia , tenuitati miserorum non tolerabili . Ad haec animaduertens delationem suam foris fam fuisse probabilem , idem in urbe expertus est consequi , Mandarins igitur ad primam lunam honores monstruos Confusio suo soleribus , eiulatu , querelis , vociferatione incondita templi fores pulnuntur ; subit intrò perfidiosus Bonzius , cum turba sodalium ; post etiam digna tali marito vxor , & Bonziarum grex , confractorum . Deorum analæcta rite duplici portantes ; huius fabulae scena suspensos Mandarinos eius artifex Bonzius voce lamentabili affari , viderent etiam que etiam ora illa , crura & brachia diuina ; & factilegio quam amici Buzomius cum suis Christianis Coccinæ violasset Deos : ouate illum nihilominus , & qui eius adhuc impietatem vitassent diis reliquæ dexteraria comminari ; sua hic cœlum tenere fulmina , nec terram dehisce , hac tantum ex causa ut sumendi tantorum scelerum condigni supplitij , integrum gloriam iis reseruaret : quæ veterator negligimus appositissime conquestus libellum porrigit Magistratum Principi Mandarino , quo seriem conficti narrabat criminis , & panam in reos postulabat , quæ profectò tam cœta expectabatur , & evocata ut Christianis amici ethnici plurimum suaderent , detracitos collocatores globulos occultare ; crues , icones , cœteras Christianismi notas domi recondere , & venerabile Iesu nomen foribus affixum restringere , sed eò paucissimos sua timiditas adegit , cuius illos deinde perdit grauitet cum viderent animo constantes , ne pili quidem minimi iactura , ingentis meriti præmium assécuratos . Lentius enim festinandum putauit Mandarinus non facile mobilis ad causam tam insolito strictam apparatu , & tanti strepitus nouitate Bonzis præserim actoribus , suspeclam calumnia : quare huius strophæ inuentor Bonzius , Mandarini sagacis morosam prudentiam non ferens , tentauit item Cacianum ad Tribunal Principis transferre ; Mandarinos rogavit Oppidanos , duos illos , quibus eam primum commiserat ne grauarentur illic sibi adesse ; quod ij sinistrum aliquid ex eo itinere augurium cum dextrè admodum excusassent , & ipse Bonzius ab eo definiti haudquam verò Buzomius , sed defensoris omisso munere accusatorem egit oppressæ per Bonzios Christianitatis , atrocitate fallatom criminacionum , impetravitque à Principe , iudicem delegari , qui euocatam

enocatam ad se litem , ritèque perspectam absolucret. Fuit eius sententia summa nec Patrem neque Christianos fuisse vlo modo contractorum Deorum consciens , nedum socios vel auctores . Commentum id est Bonziorum ut sacrilegij proptij reos facerent Christianos . Quod Nuocmani publicè cognitum , publicam mouit aduersus Bonzios indignationem ; Caciani autem (quo iudex cum Buzomio reuersus causæ omnis acta iuridica retulerat) toleratæ injuria honorificam mercem , & cauendæ in posterum solenne remedium Buzomio tribuit , diploma Regium cum amplissima nostris facultate , vbi cumque malling habitandi , & legem Dei cœli palam ac liberè nuntiandi , adjunctis in eos pœnis grauissimis , quicunque Patribus verbo factōve molestiam facerent . Hoc triumphans Buzomius viētiscausæ , & innocentia monumento ad Apostolicas functiones Nuocmanum regreditur , multo etiam quam ante felicius , quod primi quoque publicorum Præfecti nomen ambirent Christianum . Sed eum mox acerbè pupugit , imperiosius & malè meditatum ab iis qui Macai prætant mandatum , dimittendi à nobis in perpetuum Catechistas , (quibus nihil esse nobis vtilius , nihil æquè necessarium poterat) ablegandi etiam deinceps nomen Tieniu (quod cœli dominum , & Sinis & ipsi Cocincinæ antiquo vñsonuerat) & vocabulum Deus substituendi eius loco , intollerandum illi Provinciæ ob ea quæ olim attigimus , & erat mandati ea severitas ut Inspector ad hoc ferendum , & inducendum misso , ablata esset penitus potestas quicquam in oppositum audiendi : quod is mandantibus haud paulò consultior vidit suis oculis fieri non posse , nisi cum permisit illius missionis , & Provinciali perperam edocto , peiūisque cœfenti , censuit haud quaque venire in mentem potuisse ut iure id veller , clausis potissimum capelli oculis , quod rerum præsentia , à quibus longissimè aberat , perniciolum fore conuincebat . Lætum Christianis anni huius 1623 . exordium fecit nostrorum reditus in aulam Pechinensem , militari consilio poscente , approbante Rege , Leone & Paulo Doctoribus id sat agentibus , at nostris contra pugnantibus , quod accerferentur commodaturi aduersus Tartaros suam in bellicis operam , ipsi ab armis , & bello alieni , nec vellent nisi diuina tractare . At Leo aulae peritor quam nostri , hanc filum acu inducatur , & mihi credite ; Pechinum eos recipiet pro liberatoribus & artificibus machinarum retinebit eosdem Euangelij præcones , quod vti coniecerat euenit . Missi Longobardus , & Castelblancus . Armorum se sistant Præsidibus , & post singularem humanitatis , & honoris exhibitionem , rogantur varia de Lusitanorum quæ expectabant auxilis ; nominatim vero de Patribus machinarum peritis quid possent ad bellum aduersus Tartaros sperare . At ij , vt cumque Præsides respōsum essent accepturi planè inquit , nihil quod arma & bellum attinet ; vnum pensi habere Patres ut salutis iter , & felicitatis monstrarent hominibus , illōsque in eam inducerent ; nec fore tamè præsenti negotio prorsus inutiles ; ad futuros assidue militibus , & machinariis qui erant Macao venturi ;

M m m .

84.
Impruden-
tissimum
Provinciā
mā-
darum.